

1171  
1175

bis 117



1/2



413 bis

Roma

Anno 1494.

Inc  
1433

T

Paleotyp.  
no 413 bis

1.171

6  
3  
63

~~258~~

Verardus (Carolus)  
Historia betica.

(In fine) Factum Romae anno domini  
Millesimo quadringentesimo nonagesimo  
Quarto die vero decima sexta men-  
sis augusti.

(E' citada por Hain 15943. —  
V. Brunet. tom. V. 1129.)

*[Faint, illegible handwriting]*

London (London)  
*[Faint handwriting]*

*[Faint, illegible handwriting]*

*[Faint, illegible handwriting]*



Historia betica.

Inc  
1433

Caroli Gerardi Lesenatis Cubicularij  
Pontificij in historiã Beticã ad R.  
P. Raphaelem Riariũ. S. Georgij  
Diaconum Cardinalem.

Prefatio.

Um felix ille venerande presul: et iam-  
pridem ab vniuerso christiano orbe mille  
votis exoptatus nuntius Romam perue-  
nisset: quo cognitum est urbem Granataz  
cum omni eius regno: quod per octingē-  
tos fere annos impio Abagmedis domi-  
nata oppressum fuerat: iugo seruitutis excussis in christi li-  
bertatem erectum nunc tandem in potestatem ac ditionē  
Fernandi et Isabellæ christianissimorum Inuictissimorum  
qz Hispanie Regis ac Regine deuenisse inemet con-  
tinere non potuit: qui arrepto calamo: suam saltem hu-  
ius rei litteris mandare: presertim cum ob eam causam  
Pontifex ipse Abacinius: Senatus apostolicus: Populus  
qz Romanus tanta victoria exultans: quibuscunq; posset  
modis: lætitiæ sue signa monstraret. Templis omnibus sa-  
cra fierent. Supplicationes per dies complures ad cun-  
cta puluinaria constituerentur. Gratie deo Inmortali ac  
diuo Jacobo hispaniarum patrono ad aras omnis agerē-  
tur. Urbe tota longissimus sacerdotum ordo diuinis hym-  
nis et gratulationibus personaret. Floctem Lampades  
flamis vincerent: Interdum ludi per omnia fere compita ce-  
lebrarentur. Sic taurorum venationem: quos expediti  
Iuvenes Faculis aut ensibus conficerent: populo cederet  
Ille pugnam equitum leuis armature qua potissimum  
a ij

haberi videntur: exhiberet. Alius explicationem vrbis  
Branate cum summa omnium referret voluptate. Tu  
vero omnium magnificentiam longe supergressus: quo sin-  
gulari animi tui letitiam. quam ex hac christiane religi-  
onis amplificatione ceperas. et simul amorem obseruasti  
q3. quibus in dytos illos principes prosequeris. ostende-  
res. speciosissimum curram: quo ipse de Baudeli Brana-  
te Rege triumpharunt. tanto sumptu et apparatu: tanta  
q3 pompa et splendore induisses. vt Senatus populusq3  
Romanus veteres illos maiorum suorum triumphos iu-  
pudem seculis nostris incognitos uinc demum spectare si-  
bi videretur. et simul in circo ingentibus propositis premi-  
is celeberrimos ludos: in quibus equites grauis armatu-  
re longis inter se hastis cum summa populi voluptate con-  
currerent. pluribus diebus edidisses. Ita q3 ego tantorum  
vestigia secutus: quo et ipse pro virili parte interiora ani-  
mi mei gaudia: quo pacto possem: cunctis aperierem et si-  
mul nostrorum temporum felicitati quondam modo gra-  
tularer: vnius duntaxat dici. quo videlicet Urbs Brana-  
ta Baudelis regis bello iam fracti fame q3 fatigati deditio-  
ne recepta est: acta complexus sum historiamq3. interlocu-  
toribus personisq3 ita contexui: atq3 distinxui: vt tota rem  
ita vti gesta est: posset Populus Romanus non solum au-  
ribus percipere: verum etiam oculis intueri: eamq3 tuo am-  
plissime Antistes. cui omnia debeo: nomini dicaui: tuoq3 a-  
cerrimo iudicio castigandam subieci: tibi enim vt pote Re-  
gie illorum maiestati deditissimo: et qui imprimis hac no-  
stra tempestate ingentis faues: et de eorum studijs ac scri-  
ptis iudicare potes: id maneris potissimum debebas. Eam  
igitur cum tu magnopere probasses. confestim tempora-  
rio in tuis magnificentissimis edibus. excitato theatro: re-  
cenferi agiq3 curasti. Tanto autem patrum ac populi silentio



z attentione excepta est: tantusq; fallor ac plausus subse-  
 cutus: vt iam dudum nichil eque gratum ac iucunduz au-  
 ribus oculisq; suis: oblatum fuisse omnes faterent. Quod  
 ea porissimum causa contigisse crediderim: q; res erat per  
 se ipsa gratissima: z excellentis virtutis: qua Rex z Regi-  
 na predicti sunt: commemoratio. nobilibus z bene institu-  
 tis animis non iucundissima ee non potest. Eadem histo-  
 riam. non tam inee fame: que perexigua esse potest: q; Re-  
 gie glorie studens: eodem te hortante vna cum nonnullis  
 carminibus: que Marcellinus Gerardus nepos z alumnus  
 meus facile copiosa adolescens ingenio me auctore fuit  
 vulgandam putauit: quo reliquis etiam populis christiani  
 nominis: qui dum ageretur interesse nequiverunt: tam p-  
 clare victorie. tanteq; virtutis splendor illucesceret. possent  
 q; hoc exemplo admoniti reliqui. Reges: ac principes no-  
 stri intelligere: quanto gloriosius salutarisq; sit p: ore ligi-  
 one nostra tuenda vel amplificanda aduersus eius hostes  
 arma sumere: quam prolembus z caducis fortune inuneri-  
 bus (vt sepe solent) inter se digladiari. Vale Presul opti-  
 me humanitatis ingenij z modestie columen.

*ingenium  
 hic sumit  
 pro bi unia  
 gen di non uale  
 calpe rem b m  
 un p. abaly  
 no i diam q*

**CARSTABERTAB.**



Ibus suis Rex abstrus cum diffideret:  
Suos amicos consulit: variantibus  
Sententijs quorum incertus dimittitur.  
Ab hoc nuntij aduentu Turcarum picipis  
Spondentis illum inuasurum Trinacriaz

Lum vere primo: confirmatur plurimum:  
Dicimq; letum hunc statuit in conuiuio  
Luxu parato regio traducere.  
Sed illud omne perturbauit gaudium  
Speculator hispanorum Regem nuncians  
Urben continuo decreuisse inuadere.  
Post paulo Regis numidarum litteris  
Per magna pollicentis sibi auxilia  
Erectus animo. prefectum cum copijs  
hostilem mittit qui contundat impetum.  
Sed territus postremo vxoris somnio:  
Exercitusq; intermitione cognita:  
Bello fameq; fractus: ac demum omnibus  
Rebus iam desperatis. ad clementiam:  
Confugit hostis: urbem seq; tradidit.  
Fernandus et conitux summa cum gloria  
Granata z omni illius regno pontur.

### CPROLOSTIS.



Alutem primū Spectatores optumi  
Quoz frequentia: vult uq; maxime  
Letoz sereno vobis summam nuncio.  
Aures michi dein si dabitis propicias:  
Qua huc gratia pro dierim: paucis eloquer

Apporto non Planti aut Meui comedias:  
 Quas esse fictas scitis omnes fabulas.  
 At nouam vobis veramq; fero hystoriam:  
 Per quam licebit nosse: vt summi principes  
 Fernandus ⁊ coniunx domuerunt Beticam  
 Regniq; Granatam caput: ⁊ finitimis.  
 Terrorem populis adiecere Imperio.  
 Quod fabulis si in fictis tantam capere  
 Soletis pleno voluptatem pectore:  
 Quid queso res vbi narratur verissima  
 Cognitioneq; digna vos facere addecet:  
 Preteritum cum vlla hict tyrannorum scelera  
 Non sitis audituri: aut fastus regios:  
 Intolerandam vel bonis superbiam:  
 Que sepe describi solent tragedijs.  
 Neq; audientur lenonum hic periuria:  
 Seruorum tedine: aut meretricum blandicie  
 Auara non vsquam lena hic inducitur:  
 Abileue gloriofus: aut sicophanta impudens:  
 Edaxue parasitus: vel matrona impotens:  
 Paterne durus: aut amator cupidus:  
 Et reliqua: que in Trays nostrisq; comicis  
 Spectata prebent voluptatem plurimam.  
 Tectum pudica honestaq; hic sunt omnia:  
 Summoq; cuncta perfecta consilio  
 Virtute semper duce: fortuna comite:  
 Fides boniq; mores ⁊ probitas vigent:  
 Nullus superbie: nullus auaritie est  
 Locus relictus: aut sedis amoribus.  
 Vos itaq; virtutem qui facitis maxum  
 Scire nostre decet huic hystorie:  
 Animumq; summo aduertere cum silentio.

Requirat alitem nullus hic comedie  
Leges vt obscriuentur aut tragedie.  
Agenda nempe est historia non fabula.  
Vobis iam equis animis: et peruersa e  
Abauorum Rex en qui foras egi editur  
Suis consultoribus: sibi quid velit.

**B**audelis Abauorum  
Rex. Ballatar. Serra  
ta. Abdusbar: consul  
tores.



**D**osfecto quā  
ro magis ma  
gisq; cogite:  
tāto mihi res  
nra duriore i  
loco eē videē  
dabitq; nimirū hic Rex. Hi  
spanic nobis magnū maluz:  
cui qd remediū inueniā. aut  
qd consilij capiā: uescio. Ita  
uobis oia aduersa: hostib; p  
spa cōtigere. Quicqd tenta  
uimus frustra fuit. Spes ha  
ctenus vane: Lonatus irri  
tifuere. Fāme omniumq; re  
rum iopia premimur: hostis

adest: Instat: nullam requi  
em sessis prebet. In vna de  
dirione spes omnis ostendit  
Quam tamen ita abominor  
vt cinori per virtutē satius  
putem: q; hostibus ludibrio  
esse. Preinde vos: quos sem  
per supremos habui comi  
tes consiliorum meorum: q;  
q; etate ac longo rerum usu  
plus sapitis: michi quid agē  
dum sit: consulite. Nam ego  
quidem ita sum animo p̄tir  
bato. tot me excruciant cure  
vt quid michi regnoq; meo  
expediat: non satis dispicere  
possim. Igit tu Ballatar: q;  
dignitate p̄stas: ediscere no  
bis quid seuriās. **BALLA**  
Braue onus oprime Rex  
meis hūeris imponis: q; me  
iubeas imparatum tanta de

re ex tempore dicere: maluit  
semq; vbi college mei prio  
res sententiam dixisset. quo  
plus ad cogitandū spacij ha  
berem: & simul eorum pūde  
tia instructus ad dicendum  
paratior accederem. verum  
quando ita iubes: parebo.  
atq; animi mei iudiciū pau  
cis aperiam. Non clam me ē  
Indyte Rex quot damna.  
quot incōmoda. quot clades  
quorū non postrema pars  
fuit: in hoc diuturno & calamī  
toso bello ad hostibus passi  
sumus. verum nō vsq; adeo  
vires imperij tui fracte sunt  
spes opesq; conciderunt. vt  
nisi dēditionem feceris: sal  
desperanda sit. Nam p deū  
imortalem primum conside  
ra robur ac multitudinē mi  
litum tuorum sexaginta mī  
lia & eo amplius letissimorū  
ac fortissimorū peditū: vrbe  
suo firmo p̄sidio non exuta  
in aciem educere potes. Cir  
cūspice hunc splendorē equi  
tum. quantus sit eis vigor.  
quāta rei militaris scientia:  
q̄ ad pugnādū p̄opti: & ad  
decipeūdū hostē edocti sunt.

5  
meditare. Deinde cogita q̄  
ta subsidia ab Rege Numi  
die. Mauritaniq; p̄ncipib⁹  
& ab ip̄o Turcarū Impatore  
sperare merito possis. An ē  
verisimile. hoc idytū regnū.  
q̄ in vltimo Europe angu  
lo tanta cū n̄ra atq; adeo oī  
um Abagmedis sectatorum  
gila. & sūma cōtra xpianorū  
ignominia. ānos circū octin  
gētos p̄seueravit: eos passū  
ros nūc opp̄mi: pessūdari. at  
q; deleri: Atenidices. cur tā  
diū subsidia: si vlla missuri fu  
erāt. distulerit: & donec in ex  
trema cōstitutū cēm⁹ necessi  
tate. expectādū putauerit:  
adulte possunt esse cause: q̄  
illos ab hoc honesto ac debi  
to officio: q̄ nos latēt retar  
darūt. Sed illa in aperto est  
q̄ existiarunt nos n̄ris opib⁹  
ac virib⁹. vt maiores n̄ri fe  
cerūt. ad resistendū hosti pa  
ratos satis eē: neq; fieri v̄nq̄  
posse crediderūt. vt tot oppi  
da. tot castella. tot vrbes ar  
te ac natura munitas. pugna  
cissimo milite: istrumēto bel  
lico oīq; rex copia istructas  
tam cito amitterem⁹. Nunc

vero cū res nostras in angu-  
sto stas eē: atq; in id prope  
deductas discrimen animad-  
uerterint vt nisi celeriter suc-  
curratur: aut turpis deditio  
aut dirum hui⁹ vrbis excidi-  
um: cū maxima omniū in in-  
frage sit futuruz. verisimile  
nō est: a hauros porissimum  
qui in proxiō sunt: non totis  
viribus in auxiliū nostrum  
descensuros: cum presertim  
eos non lateat incendiū no-  
strum ad eos pertinere. In  
prouerbio est: Tu res agit  
paries cum proximus ardet.  
Rūm enim sperare possunt  
Regem ac Reginam hispa-  
niarum quorum hi sunt spi-  
ritus: ea (si de hostibus vex-  
fateri libet) magnitudo ani-  
mi. vt vnīuersus orbis corū  
cupiditati satis eē nō possit  
si tuo idyō hoc Regno per  
victoriā (quod dij omen a-  
uertant) potientur: quietu-  
ros esse. z non statim omni-  
bus imperij sui viribus: to-  
taq; bellimole in Africam  
trāsmisuros. Quare tuam  
istam Rex animi magnitu-  
dinem atq; constantiam mi-

risice laudo: q; prestare existi-  
mes per virtutē emori quā  
deditioem facere. Nam  
quid est aliud hostibus: pre-  
sertim Christianis. quibus  
cum tanto odio dissidemus.  
se dedere: quam in miseram  
turpem. ac perpetuam serui-  
tutem se ac liberos posterorū  
q; omnis suos tradere. Quid  
si nos amici forsā deserue-  
rint: auxilia sperata defece-  
rint virtutiq; nostre fortuna  
inuidet: nonne prestabili⁹  
est virozum: more pugnan-  
tes occūbere: z non incruen-  
tam hostibus victoriam reli-  
quere. q; aut exutos liberta-  
te. quā nemo bonus nisi cuz  
anima simul amittit: in predā  
z ludibrium trahi. aut vclū-  
ti pecudes ab hostibus tru-  
cidari? Saguntini in hac ter-  
ra hispaniā (vt i historijs me-  
morie proditum esse accepi)  
quo Romanus. quibus cum  
federe et amicitia iuncti fu-  
erant: fidem seruarent poti-  
us quam se Hannibali de-  
derent: immani in foro ex-  
citato rogo se suosq; atq; in  
super opes omnes igni ser-

roq; coraperunt. Ergo quod illi pro fide Romanis seruanda fecerunt. Nos pro artis, pro sanctissimis focis, pro delubrio atq; tēplis, postremo pro ea fide: quam deo nostro ⁊ clarissimo eius prophete **Abagme** di debemus: si ita necessitas quod minime reor: cogat facere recusabimus? Huc accedit q̄ nunquā eundem cursum ac tenorem fortuna seruat: Hunc hostibno fauet: forsitan post paulo tibi ac tuis arridebit. Qui scio an ita difata ordinarit: vt **Abaurorum** in Europa

Imperium magno motu concuterent: potius quam euerterent: admonerentq; nos imbecillitatis humane cuius nimia in secundio rebus obrepat obliuio: Igitur **Rex**: vt iam dicendi finem faciam: te hortor vt bono fortiq; animo sis, virtuti militum tuorum confidas: externa auxilia non despices: et postremo Deum nostrum cum propheta suo **Abagmete** pro hoc imperio quod

sum esse nouit: pro aris atq; tēplis suis: si cum sancte pieq; coluerimus ac nobis ipsi non defuerimus pugnaturum: nostreq; virtuti ac pietati non defuturum esse confidas. **BACIDE** **VS.** Non inuito ad aures meas tua istec peruenit oratio. Nam vt fortem virū ⁊ etate integroz militem decet: bene speras: meq; vt idē faciam, multio ratiōibus exempliq; adhortaris ⁊ sane modo id fieri possit: magno pere huic faueo sententie. Sine multa perturbant: que alias proferentur. Hunc libet ordine sententias vsas exquirere. Dicigitur **Serrata**: meq; si potes prudenti tuo consilio ex tanto, curis miserisq; crime. **SER** **RAJA.** Difficile ē id quidem optime **Rex**, ⁊ quod preter deum vix quenque hominum prestare tibi posse arbitror. **BACIDE** **VS.** Cur queso? **SER** **RAJA.** Quia in tanta aduersitate fortune: vix optari fas ē: vt curis molestiss-

2174

1990

qz plurimis careas: etiam si  
miserias euaseras. **BAG.**  
Recte ais, neqz id ego pro-  
pterea dixeram: q me curis  
molestis qz vacuum eē posse  
sperarem: Sed te vt hortar-  
er consilio, quo polles pluri-  
mum: me iuuares. **SER**  
**RAJA.** Utinā ea eēt in  
me prudētia: quā michi tri-  
buis, quam ego michi neqz  
suo neqz arrogo. **BAG.**

Pro modestia tua id facis:  
at ego q̄stum prudētia vale-  
as: re ipa expert<sup>9</sup> intelligo.  
utināqz tibi bene monēti ha-  
cten<sup>9</sup> obtēperassem. Nā me  
liore fortasse in loco, q̄z nūc  
sunt: res uostre forēt. Itaqz  
aperi michi sensus animi tui  
neqz expectes: vt te interpel-  
lem, libentius enim vt pal-  
latarē modo: audiā p̄petua  
oratione sententiā tuā expli-  
cantē. **SER.** Postq̄z ita  
vis, parebit tibi. Quā vellē  
Rex vt reb<sup>9</sup> n̄fis ita fortuna  
arrideret, vt merito posse in  
Ballataris: quē sedulo dixis-  
se credo, sniam cōfirmare, ac  
tibi spes aut victorie: aut sal-  
tē defēsis iniicere. Nichil

eni libēti<sup>9</sup> fecisse. Sed 7 res  
q̄stū ego iudico, nō sunt: sati-  
us eē duco, vt tibi yllia z ye-  
ra cōsulam, q̄z incutidaz ma-  
gnifica dicēdo: yana spe te i-  
terim lactē, ac grām studeā  
ancupari tuā Paulopost ve-  
ro in eū locū re adeducatur.  
vtpa si cupiat salus: te actu  
os fuare nō possit. Quid ē,  
n. qd nobis spes vllā certā p̄-  
bere videat: siue hostiū opes  
ac vires, siue n̄fas diligēter  
p̄sitauerim<sup>9</sup>. Nō ne oia vi-  
ctoria illis polliceri: nobis p̄-  
niticē, z huic vrbī excidū: nisi  
nobis nature cōsuluerimus  
minitari vident<sup>9</sup>. Reminisce-  
re quēscō (licet molestus sit)  
quoties per hosce decem an-  
nos: quibus dūrum hoc bel-  
lum frustra propulsare cona-  
mur: exercitus tuus fusus  
fugatusqz sit, quotiens ca-  
stra capta atqz direpta,  
Quot castella, quot oppida  
quot vrbes, q̄ a deo manu z  
nasa munite fuerant, vt ho-  
stes: nisi a celo veirēt, p̄tēner  
posse viderent: partim vi et  
armis, partim terrore suba-  
cte, in potestatem hostiū de-



7  
denerint: Ad quod opidum  
vnqz hispanie Rex admouit  
exercitū: quod non ceperit:  
quid concupit: quod non  
asssecutus sit: quocunqz se cō  
tulit: virtutem eius fortuna  
comitata est. Quid nunc o-  
pus est: vt damna. iacturas.  
clades ⁊ calamitates quasi  
terin passi sumus: cōmemo-  
rem: cum eas. etiam si cupi-  
as obliuisci non possis: ⁊ hoc  
nihil aliud foret: qz obductū  
paulis pervulnus exulcerare  
deccigitur omittere. consi-  
deremus si placet hostis po-  
tentiam. Longum eēt refer-  
re quot vrbes. quot provin-  
cias: quot regna possideat.  
At non habundant ijs reb⁹  
que bello vsui sunt: immo  
preter ceteras prouintias:  
ijs referte sūt maxime vt eni  
omittam q frumenti vini ce-  
terarumqz rerum ad victus  
pertinentium hispania fera-  
cissima est: ⁊ equorum multi-  
tudine ac pernicitate reliqs  
anteit prouincias: Sicilia q  
fernando paret frugū maī  
appellat: Equos mittit om-  
num bellicosissimos. Laly-

des ferrum tanta copia suffi-  
ciunt: vt inde in ceteras or-  
bis partes asportetur. Auro  
vero: quo non minus qz fer-  
ro bellum administratur: ho-  
stes habundare quis dubi-  
tet: Cum Tagus ⁊ alia non  
nulla eorum flumina hære-  
nis aureis fluere dicantur.  
Nam de militum numero  
quid attinet dicere: cum tā-  
ta se illi sponte multitudo of-  
ferat: vt plures quotannis  
sint domuz dimittēdi: qz ad  
bellum conuocandi. Quale  
vero ⁊ quantum sit eorum  
robur: que in comittēdo pre-  
lio alacritas ⁊ audacia. In p-  
seuerando constantia: quan-  
tus in dimicando mortis cō-  
temptus: vt aut vincere aut  
inori parati sint: sepius qz e-  
re nostra esset experti didici-  
mus. At dicet fortasse quispi-  
am. exercitus ipse vincit⁹ ē  
(fateor) Sed duce ⁊ impera-  
tore: qui illum noziregere:  
indiget. vtinam ita esset: nā  
non foret necesse nos nunc  
tanta cū sollicitudine. ⁊ ani-  
mi anxietate his de reb⁹ cō-  
sultat. S; hēt. habet inquam.

ducē: cui nulla earum rerum  
que in perfecto et consum-  
mato imperatore exiguntur  
desit: inuimō adsint omnes  
cumulatissime. Inuita hoc  
in loco versatur oratio mea.  
cogitur enim dē terrimi in se-  
stissimiq; hostis nostri laudi-  
bus discere: sed tantas vi-  
res habet veritas: vt etiam  
ab inuitis hostibus veram  
confessionem extorqueat.  
Queritur in summo impe-  
ratore rei militaris scientia.  
At Rex hispanie i armie (vt  
ita dixerim) natus: ibi adole-  
scentiam. ibi iuuentutem:  
ibi in mediam etatem exercuit  
Itaq; pene puer: bello: quod  
cum Barcinonensibus et ali-  
is populis desiscentibus a  
patre gestum est: paternis  
auspicijs militauit: i quo dis-  
ficile dictu est (vt memorat)  
quantam in dolem virtutis:  
quot signa fortitudinis: ma-  
gnanimitatis ac future pro-  
bitatis ostenderit. Eo vero  
ad hoc pretextato cum Lu-  
stranie Rex magni vir ani-  
mi ac virtutis vniuersam se-  
re hispaniam citra Iberum

in finito pene exercitu inui-  
dasset: ac fauentibus plurib;  
eius regni principibus et te-  
trarchis. iaz Castelle regno  
tanquam opime prede in cu-  
bare. Fernandus: hostis nūc  
noster. tanta celeritate: tan-  
ta virtute. tanta deniq; fel-  
citate illum ex Castelle re-  
gno expulit: vniuersam his-  
paniam: que ad se dotis iure  
spectabat. recepit ac pacauit.  
vt non homo. sed numē  
aliquod de celo delapsum tā-  
tum bellum: tam intestinum  
tantis viribus omni ex par-  
te subnixum tam breui con-  
fesse videretur. Robiscum  
vero cum dccimū iam an-  
num: et quide; semper victor  
pugnauerit: quod gen<sup>o</sup> bel-  
li: que diuicatio. que disci-  
plina militaris: que callidi-  
tas. aut in comparandis ho-  
sti insidijs. aut deuitandis:  
et cetera id genus: ei ignota  
esse possunt: ac non assiduo  
vsu percepta et cognita: Vir-  
tutes Imperatorias que-  
ris? At quanta sit Fernan-  
di in subeundis periculis cō-  
stantia: in rebus molendijs

efficiendisq; velocitas. in ne-  
gotijs laboris patientia. in  
agendo industria. in promi-  
dendo consilijs: Ad hec quā-  
ta sit eius animi magnitudo  
mortis cōtemprio. vere glo-  
rie laudisq; cupido. sollertia  
innocentia. rebnsq; in omni-  
bus temperantia: et nos ipsi  
maxima ex parte sumus ex-  
perti. et tot victorie maria  
cuis virtute summa cū glo-  
ria parte declarant. De  
Auctoritate in Rege prefer-  
tim supernacancum est di-  
cere. quem omnes socij ac  
populares colunt vt: deum  
nostri metuunt vt pestem.  
Jam vero Felicitate quan-  
ta is esse putandus est: qui  
fortunam ipsam in omni-  
bus bellis in potestate ha-  
buisse videatur: qui omnia  
sua consilia ita gubernari:  
prosperiq; perfecit: vt ad  
extollendum exornandum  
q; ex hominibus eum vir-  
tus et fortuna contendisse  
credantur. Consideremus  
porro aduersum hec omnia:  
que presidia belli: que spes  
nobis sit reliqua. Virtuti

8  
tuorum militum fidere non  
potes: cum omne robur ex-  
ercitus superioribus bellis:  
et Malacensi Balcensiq; pō-  
tissimum cladibus amiseris:  
vt etiam quisq; fortissimus  
et audacissimus fuit: ita pri-  
mus in acie cecidit. Si nō  
virtus: at multitudo fortal-  
se militum tibi auget animos  
sexaginta milia perditum. et  
eo amplius: vt Mallar-  
tar noster dixit. in aciem edu-  
cere potes. Sed hec si ad  
exercitum hostium compa-  
rentur: quid sunt. aut quid  
possunt? In quo etiam il-  
lud inest incūmodum. quod  
quo maior est turba. cocti-  
tus. si non bello. at fame  
ac peste. conficietur. Con-  
ferre vtriusq; exercitus in-  
ter se duces. odiosum sane  
est. Sed si verum fateri  
volumus. licet Rex sis con-  
silio prudens: in prelijs au-  
dax ac manu promptus nō  
potes tamen cum Germano  
do iure comparari a quo se-  
pius victus. et semel captus  
quantum ille in bello vale-  
ret: tibi q; prestaret. tute

ipse sensisti. Externa vero auxilia tam diu frustra expectauimus: vt stultum esse putem in eis spem vllam ponere: presertim cum ita ferro: fame: incommodisq; omnibus vrgcamur: vt bellum trahere: diutiusq; ea expectare non detur. In presentiq; nobis deliberandum sit: vt aut omnes moriamur: aut deditioem faciamus. Et profecto: licet vtrumq; sit durum: tamen si ex duobus malis: minus eligendum est: deditioem potius faciendam sua deo.

Ad quod potissimum te hortari debent Regis ac Regine Hispaniarum cum singularis humanitas: mansuetudo: facilitas. Tuzsumma in promissis constantia et fides: et aduersum eos: qui se sponte dediderunt: inaudita clementia. nam costam benigne tam indulgenter tractare dicuntur vt non seruorum (quod iure belli possent) sed amicorum et sociorum quosdam modo loco habere videantur:

eosq; suis legibus atq; institutis: suorum ac ceremonijs viuere patiantur. Te igitur in pauca conferam. cum neq; ipsi ad resistendū hostis potentie ac virtuti pares simus: neq; diutius obsionem ferro ac fame vrgentibus tolerare possim⁹: neq; in externis auxilijs iam pridem frustra expectatis spem habere debeamus.

Contraq; liceat plurimum benignitati et clementie Regis ac Regine confidere: quāprimum deditioem faciendā esse censeo. **BAC-DELYS.** Dic tu Abdubar. **ABDYSBAR.**

Tam multa sunt in vtranzq; partem et ab pallatare animose: et a Serraiā dicta sapienter: vt illis auditis magis sint animi dubius: quam si in initio michi sententia dicenda fuisset. Itaq; cum ea res in consultationē veniat: q̄ nulla maior excogitari q̄at q̄ppe i q̄ de fortunis oib⁹: de liberis ac cōiugibus nostris: de vita. de libertate: de aris atq; tēplis agat: ego āplius

9  
belserādam cenſeo. **BAC**  
Herito vos omnes laudo:  
nam ꝛ ſi veſtris varijs ſentē-  
tijs ſatis me incertum dimiſ-  
ſis: tamen hiſ hinc et hinc  
audiris videoꝝ propemodū  
quid mihi Regnoꝝ meo ex-  
pediat: poſſe diſpicere. Quā  
q̄ autem in Serraie ſenten-  
tia animus magis inclinare  
videtur: tamen quā a ſapiē-  
tibus viris ſolitum dici au-  
dio: Conſulendum cunctan-  
ter: agendum vero eſſe cele-  
riter. Placet in alium diem:  
iuxta Abdiſbaris conſilium:  
hanc conſultationem reiſcere.  
Ite igitur vos intro: ꝛ ad lu-  
um quiſq; munus redite: ac  
ſuper hiſ etiam atq; etiā co-  
gitantes parati eſtote: vt cū  
vos iterum cum alijs noſtri  
Regni procerb⁹: q̄b⁹ cū pla-  
cet hec communicari: in con-  
cilium euocati ero: nichil mo-  
re ſit: quin pari cōſenſu recte  
ſapienterq; michi conſulere  
poſſitis. Tu vero. Abdiſbar  
ne a latere ino diſceſſeris. Nā  
eſt: quod te velim. **ABDZ.**  
Ego vero niſq; abeo: et ad  
tua iuſſa preſto ſum.

**Speculator Ragel.**  
**Baudelis Rex. Abdiſ-**  
**bar.**



Si nūc ego Re-  
gem querā: aut  
quo primum in-  
tendam: Nam  
nūq; eodem in  
loco quietat diu: nunc vrbis  
bicia lustrat: deſenſoresq;  
in propugnaculis diſponit:  
nunc in arce: que a deſenſio-  
nem opportuna ſunt: parat:  
modo hanc portam: que re-  
cta ad hoſtes tendit: pauluz  
egreditur: vt inde quid ho-  
ſtes moliantur pſpectet: aut  
primus audiat. q̄z vellem cū  
nunc obuiam dari: ne michi  
in arcem trāſcurſo opus eſſet  
et hoc ampliū ad laſtitudi-  
nem adderetur. **BAC.** Ab-  
diſbar. Quem video horſuz  
tēdere: eſt ne hic ſpeculator  
Ragel: an nō eſt: **ABDZ.**  
Lerte ipſius eſt. **BAC.** Nō  
temere eſſe arbitro: q̄ ſic ſe-  
ſtinat. bei miſero michi. **AB-**  
**DZ.** Quid times: **BAC.**  
Quia per hec tēpora ita ſuz  
aſſuetus audire que nolo: vt  
ſemper cum nuntium quem

piam Aspicio: mali quid ani-  
mus prefagiat michi. Deus  
Ragel. Quo properas? **RASEL**.  
**BEL**. Vem. Quis me vo-  
cat? **BAC**. Respice ad me: et  
scies. **RASEL**. Opportu-  
ne, ad te ibam. Salue Rex.  
**BAC**. Quid affers: leta ne  
an tristia? **RASEL**. Non  
hercule certus scio qualia sint  
Illud dicam: quod vidi. **BAC**  
Expedi. **RASEL**. Ita. Ve-  
rum sine me: si libet: vel pau-  
lis per respirare: nam pre cur-  
su vix loqui possum. **BAC**.  
Ad hos geratur tibi. Eia elo-  
quere iam. **RASEL**. Elo-  
quor: Cum essem in specula:  
ad eamque partem: que ad ma-  
re vergit: oculos conijcerem:  
prospexi quosdam nouo ha-  
bitu: quem nunquam ante  
hac videram: horum ad in-  
censia tendere: statimque cu-  
curri: ut id tibi nuntiarem.  
**BAC**. Amici ne an hostes  
esse visi sunt tibi? **RASEL**.  
Nescio. Illud scio: quod propera-  
tes veniebant. **BAC**. Do-  
stes sunt igitur. **ABDYS**.  
Qui scis an hic circum propera-  
rent: ne Hispanorum: qui om-  
nia fere circum obsident: cu-

stodias clapsi: iterum in eorum  
insidias incideret: ab ipsis ca-  
perentur. **BAUDELS**.  
Omnia timeo: et quid timeam  
nescio. **ABDYSBAR**. De  
sine queso male suspicari: et  
ad eas miserias: quas res ip-  
sa: et aduersa hec tibi ferunt:  
metum et sollicitudinem (ut  
reorum) nunc vanam adijcere.  
**BAUDELS**. Ledo Ra-  
gel: qualis fuit habitus iste  
quem dicis? **RASEL**. Len-  
sen me potuisse ex specula  
tam cito omnia considerare  
ac perpendere: Illud tibi af-  
firmare possum: quod eorum ha-  
bitus propior nostro quam hi-  
spanico visus est. **ABDYS**  
**BAR**. Rex ne dubita: nam  
nisi me animus fallit: amici  
sunt. **BAUDELS**. Ita  
deus facit. Sed opportune  
adest Bomilcar alter specu-  
lato: **ABDYSBAR**. hic  
te certiore reddet.

**Bomilcar Abdysbar**  
**Baudelis, Rex**



Quis me vni-  
 quā sūt felici-  
 or nūtius: Ne-  
 mo hercle q̄s-  
 quā: Nam tan-  
 tum boni Regi apporto: quā  
 tum adis vix audeat optare  
 Sed vbi eum queram: quem  
 per conter: **ABDYSBAR**  
 Audin tu illum: **BACIDE**.  
 Audio: sed quid dicat non sa-  
 tis intelligo. **ABDYS**. Le-  
 tus ē. **BACIDELYS**. Ita  
 videtur. heus Bomilcar.  
**BACIDYL**. Taud mirum  
 est reuocari propterantem de  
 via. Quis me vult: **BACI-**  
**DELYS**. Io qui tibi impe-  
 rare potest. **BACIDYL**.  
 hem. saluus sis Rex. te ipsuz  
 querebaz. **BACIDELYS**  
 Quid est Bomilcar. quid af-  
 fero: Bomilcar. Affero nun-  
 tium: cuius te maxime parti-  
 cipem fieri velles: si scires q̄n-  
 tum in eo sit boni. **ABDYS**  
 Dixi tibi te frustra timere:  
**BACIDELYS**. Explica  
 ergo quāprimū quid ap-  
 portes: et metum: in quo nūc  
 sum: adi me. **BACIDELYS**  
 Legati Turcorum Impera-  
 toris ad te cum muneribus

veniūt. **BACI**. Qui id scis?  
**BACI**. Quippe qui ex ipsis  
 audini. Nam: vt diligentis  
 speculatoris poscebat officii:  
 um: illis visis: curauit vt scire  
 qui nam eēt: et quid scirent:  
 quibus cognitis ad te q̄z pri-  
 mum aduolauit. **BACI**. Dili-  
 gentiam tuaz laudo. **BACI** sum  
 me rerum opifex gratias ti-  
 bi ago: q̄ ex tot vnus tandem  
 letus allatus est nunti⁹. **Ab-**  
**disbar**: propterea illis obuiam  
 atq; huc ad me q̄z primū eos  
 adduce. Nam vbi intus que  
 opus sunt facta: impera uero  
 mox huc reuertar: vt lega-  
 tos hic corā omnibus hono-  
 rifice exapiam: quo populus  
 qui tam diū debebat rebus su-  
 is ac nostris: horum aduēta  
 aliquātulum a malis aspiet.  
 Vos ad speculas vestras re-  
 dite: atq; heus curate: vt ita  
 diligenter obseruetio: que a-  
 pud hostes gerantur omnia  
 vt ne musca quidem illic se  
 commouere possit: quin a vo-  
 bis statim certior fiam.

**Legatis Baiazit Im-**  
**peratoris Turcarū Ab-**  
**disbar.**

Baudellis Rex Granate.



**D**ici nō potest  
quāta me ce-  
perit volup-  
tas postquāz  
Granate ince-  
nia profexi. Tot enim pericu-  
la maris ac terre in tam lon-  
ga peregrinatione passus sū  
vt nunq̄z me huc incoluinen  
pernenturum putarem. **AB**  
**DYS.** Non mirum si gau-  
des. Quid est eum iucundi-  
us: q̄z extra pericula postū:  
preteritorum laborū recoz-  
dari. Sed Rex egreditur.  
**LES.** Salue optime Rex:  
**BAG.** Eryos saluete **LES**  
**Abagius** Turcarum Impe-  
rator cum his litteris ad te  
nos ire iussit: quas vbi legi  
mandaueris: quid veniam?  
explicabimus. **BAG.** Lege  
has **Abdisbar.** **ABD.** Ledo:  
**Soltā** Baiazit magn<sup>o</sup> Tur-  
carum imperator **Baudeli.**  
**Granate Regi. S. P. D.**  
Quid tibi has reddidit fami-  
liaris noster est. magne apud  
nos auctoritatis ⁊ gracie: ei  
mandauimus: vt nonnulla  
nostris verbis tibi nuntiarer  
Quare fidem ei habeas: et

que ex eo acceperis: p̄tate  
ex me ip̄o accepisse. Vale ex  
vrbe nostra Constantinopoli.  
x. kal. Octobris **LES.** Op-  
tume Rex magno animi do-  
lore nuper affectus est indy-  
tus imperator. Turcaruz: q̄  
accepit ex tam munito et vi-  
ris armis equisq̄z affluētū re-  
gno: nichil tibi reliquum esse  
preter hanc vnam vrbe in  
perijtū domiciliū: ⁊ tot quō-  
dam Regum potentissimo-  
rum fortissimozq̄z paren-  
tem: quos ferunt vniuerse  
Europe populisq̄z Christia-  
ni nominis sepe terrori fuisse  
Reliqua omnia oppida: ca-  
stella: vrbes: prouinciasq̄z par-  
tim belli impetu ⁊ terroze p-  
cullas deditione facta: parti  
et maiore quidem ex parte:  
viseroḡz expugnatas ac di-  
reptas in hostiam tuorum: ū-  
mo conium: ditionem iusq̄z  
concessisse: metuēdūq̄z esse:  
nisi tibi aliunde succurratur:  
ne cum magna tua tuorum-  
q̄z clade: ⁊ simul **Abagmedis**  
sectatorum ignominia: aut  
hosti succumbas: aut turpem  
deditionem facere cogaris.  
**Lūq̄z** animauereret: hoc in



11  
cendium: nisi celeriter extin-  
guatur. aut saltem subductis  
fomentis imminuatur: facile  
posse latius diffundi. ⁊ Afri-  
cam primo: deinde etiam Asi-  
am fortasse corripere. statur  
ad cōmune incendium extin-  
guendum cōmunibus quo-  
q; viribus accurrere: ⁊ pro  
virili parte tibi regnoq; tuo  
qua posset ope: non deesse.  
Itaq; nos huc ad te legatos  
misit: qui verbis eius pollice-  
remur. primo quoq; tempo-  
re: quo tempestiuus esset ad  
nauigandum mare: eum in-  
genti classe Siciliam Sardi-  
niamq; inuasurum: ⁊ ita illic  
omnia igni ferroq; vastatu-  
rum: vt Hispanie Rex suoru  
clade percussus. ⁊ in diuersa  
distractus: ab hoc affecto et  
prope iam confecto bello de-  
sistere. suisq; opem ferre: ac  
potius de propulsando quaz  
de inferendo bello cogitare  
cogatur. Non minus autem  
libenter huc ad te subsidia  
Imperator meus mitteret:  
nisi per tantis terraruz ac ma-  
ris spacia abs te diuisus id  
sibi difficillimum periculoss-  
simumq; fore existimaret.

Quam ob rem optime Rex  
cuius nomine te bono crecto  
q; sermo esse iubeo: hortor=  
q; vt interim has belli diffi-  
cultates ac pericula: longe-  
q; obsidionis molestias pari-  
enter subsineas. ⁊ quiduis  
potius in animum inducas:  
quam deditioem facere. id  
est enim Christianorū in su-  
perbie ludibrio esse: ⁊ in tur-  
pem perpetuamq; seruitutē  
te tuosq; tradere speresq; de-  
os ⁊ homines auxilio tibi nō  
desuturos: nisi per ignamiam  
pusillanimitatemque quod  
de tante virtutis viro neccs  
est suspicari ) prius tibi ipse  
desueris. Munera autē hec  
leto animo vultuq; suscipe:  
ea enim tibi de more Baza-  
rit mitti: vt sint federis et a-  
micitie inter vos certissimum  
pignus et monumentum.  
BAC. In tempore ipso Le-  
gate carissime cum istis man-  
datis te inclytus Impera-  
tor tuus: ⁊ ipsa (vt reor) fa-  
ta miserunt. Ita enim eram  
bello fractus: tot curis fati-  
gatus: tot malis: tot aduer-  
sis casib⁹ oppressus. ita spes  
oīes tanquam vnie exalo  
b ij

exciderant: vt iam nichil fe-  
re aliud quam de facienda  
deditione cogitarem. Nunc  
quando tam oppoortunum  
subsidium michi Baiazit  
pollicetur. certum est omnia  
experiri: extrema queq; pa-  
ti: etiam si ad humanos ci-  
bos reddigremur. vt in simi-  
libus aut forte minoribus ca-  
sibus Hierosolimitanos ob-  
sidente Tito ac plerofq; ali-  
os populos secisse tradunt:  
potius quam deditionem fa-  
cere. presertim cum plura.  
Imperatorem tuum quam  
polliceatur: re ipsa prestitu-  
rum confidam. ea animi ma-  
gnitudine: ea potentia. ea  
postremo fide illum esse om-  
nes predicant: statuiq; non  
committere: vt quando dij  
hominesq; nos adiuant.  
(quod bene abs te dictum  
est) nobis metipso defuisse vi-  
deamur. Gratiam autem:  
quam pro tantis erga me me-  
ritis illi referam in hac pre-  
sertim afflictata fo: tuna nullā  
habeo: sed sperare debet il-  
lum quem pie colit commu-  
nem deum: qui benefacta  
hominum audit ac videt. et

pro meritis vnucuiq; ista  
premia tribuit: gratiam sibi  
cumulatissimam relaturum.  
Ego vero sicinus ope (quod  
spero) seruatus fuero: hoc im-  
perium. hanc regiam digni-  
tatem: et postremo hanc ani-  
mam ipsam: qua spiro. illi  
acceptam referam. memori  
amq; tanti beneficij colam  
beniuolentia sempiterna.  
Munera vero libenter acci-  
pio: eaq; non tantum vt a-  
micitię ac federis nostri sed  
fidei. quam michi seruatur<sup>9</sup>  
est. firmissimum pignus: per-  
petuumq; monumentum iu-  
uolata custodiam. Vos mu-  
nera istec intro auferte: ac di-  
cite architriclino vt cenam  
michi et his nobilibus hospi-  
tibus regio luxu patet: volo  
enim nos hunc diem letum  
festumq; agere. et cum omni  
gaudio et alacritate celebra-  
re. Tu vero legate cum tu-  
is regiam ingredi. vt diu  
ego sacrificijs inter sum. ac  
deo nostro pro tantis meri-  
tis gratias ago paulisper re-  
quiescas: et postea simul me-  
cum in cena recreeris. **R.**  
**SAT.** Ego vero ac lubens

nam de via fessis quiete pre-  
sertim indigeo.

**F**ernandus Rex  
Delisabe Regina  
Petrus Abendo-  
za Cardinalis.

**q**uis hoc nō ad-  
miretur: tanta  
bos perfidos  
mauros predi-  
tos esse perti-  
nacia atq; vecordia: vt cum  
vndiq; adeo circumsepti sit  
vt vix quisquam nisi per cer-  
tos tramites et loca feris ca-  
pris pene inuia. ad eos pe-  
netrare possit: cum armis no-  
stris obistere: famen diuti-  
us tolerare nequeant. tamē  
deditionem: quam se duduz  
ostenderant esse facturos. p-  
crastinent. et animum nrm  
iam ad maiora tendentem:  
in hoc segni bello detineant  
occupatum. Nam si in aciez  
sepe prodirent: minus egere  
ferrem has obsidendi mole-  
stias. Sed post p̄una il-

la prelia: quibus nostram mi-  
litumq; nostrorum vim ac  
virtutem senserunt: semper  
se vallo ac incenibus tuta-  
ti sunt. nec aperti certami-  
nis copiam vllam fecere.  
**R**EX **RA**. Sapiunt mea  
quidem sententia. nam stul-  
tissimi forent si virtute ac vi-  
ribus inferiores cum superi-  
ore contendereut. **R**EX.  
Quid igitur faciemus: **R**E  
**RA**. Rempe vt cepi-  
sti. Lum opus est fortitu-  
dine: alijsq; bellicis virtuti-  
bus: quibus polles plurimū  
vt illis vtaris. Lum opus  
est patientia: ab qua non-  
nuquam (que tua est ani-  
mi magnitudo atq; ferocia)  
videris aborrere: eam quo-  
q; amplectaris. omnia enim  
tempus habent suum. **N**ūc.  
meo iudicio: patientie tem-  
pus est: vt videlicet post-  
quam hiems grauis instat:  
neq; magnum conferere au-  
dent hostes. neq; sine ma-  
nifesto periculo ad Urbis in-  
centia tanta militum frequē-  
tia: scorpionibus: balistis  
tormentisq; bellicis munita  
licet exercitum adiuuere:

b iij

tue militumq; saluti consu-  
las: et equo animo has belli  
morsas perferas. **LAR.** Sa-  
pienter: more suo: Regina  
tibi consulit inuictissime. Rex  
Nam capitis adire periculi  
nisi necessitas urgeat: non pro-  
bo. Et sane quanto magis exu-  
peras virtute: tanto equius  
est Regina: atque adeo nos  
omnes: qui ex te pendemus  
de tua salute esse sollicitos.  
omnesque casus. qui homini  
accidere possunt. maturius  
expendere. et nonnunquam  
fortunam nimium fauentez  
metuere. **REX.** Fateor ita  
esse ut dicitis: sed tamen stre-  
nuis duabus vetus illud ver-  
bum in ore semper esse consu-  
euit: Non sine periculo fit ma-  
gnam facimus ac memorabi-  
le. **RES.** At id periculum  
vbi de vita agatur. te adire  
minime velim. Qui scis an  
breui: si paulisper modo qui-  
eueris. veniam hostes oratu  
veniant: seque cum: id minus  
existimes: vltro dedant:  
**REX.** Numis sero id factu-  
ros arbitror: nisi eos omnibus  
modis: et artibus terruerim.  
nisi eos nunquam passi fueri

mus quiescere. nisi postremo  
omnes nos aditus explora-  
re. omnes ad expugnationem  
Urbs vias tentare perseue-  
riunt. **LAR.** Glideo te Rex  
invadende. Ut his cupidita-  
te flagrare: quod magnope-  
re laudo. Nam id magnitu-  
dini animi debet ascribi: ve-  
rum a Regine consilio: quo  
te ad patientiam adhortat:  
non sine magna ratione dis-  
cedendum puto. Nam si ti-  
bi iucundum est: gloriosumque  
existimas: in preliis sepe ver-  
sari. consideres etiam oportet:  
non minorem fere glori-  
am consecutum esse Fabium  
Maximum quam Scipionem.  
Si quidem Hannibalem Sci-  
pio in acie vicit: eundem an-  
tea Fabius iuueniliter exul-  
tantem patientia sua domu-  
it. et ut vincere posset: effecit. il-  
le Africanus cognominatus  
est. hic imperij scutum et rei  
romane restitutor a populo  
est vocatus. Imitatus es ha-  
ctenus Scipionem fortiter  
dumicando. imitare nunc pau-  
lisper Fabium sapienter cum-  
tando. **REX.** Laudo con-  
siliū vestrum: et eo utar suo.

loco et tempore. sed mihi nunc aliud sihabet occasio. que pretermittenda non est. Nam et Scipionem: quem me dixisti hactenus imitatum: et vere dixisti: utinamqz ut eius virtutem sequor: ita assequi possem. sed Scipionem solitum dicere accepimus. tunc esse: cum hoste conflegendum: cum aut necessitas incidit: aut obuenit occasio **RESYIA.** Dic obsecro mi vir que est ista occasio: quam tibi in presentia secus quam vos consulimus: suadere dixisti? **REX.** Dicam: neqz eni fas est quicquam vobis esse absconsum ac reconditum. sed animum aduertite. **RESYIA.** Istic sum. **CARDI.** Et quidem ego. **REX.** Explorator Didacus modo nuntiavit defensores paucos esse in incenibuo: eosqz patientia nostra: quia proximis diebus paulisper quiescere permitti sunt. factos esse multo negligentiores solito. Idem ait se animaduertisse in posteriore Urbis parte locuz quedam non satis munitum: muro illic vetustate collapso

sed virgultis sentibus et caprificis obrecto. eundemqz locum ab hostibus negligenter custodiri: qz sit a castris nostris auersus: neqz ex ea parte fuerint hactenus ab exercitu nostro vexati. **RES.** Quid igitur facere cogitas? **REX.** Si taceris: citius audies. **RESYIA.** Taceo ac iubens: Nam mulieri decus affert taciturnitas. Rex. hoc michi sedet in animo: quando hec se prebet occasio: belli tentare fortunam: lectissimos milites. ex ea parte vbi locum dixi minus esse munitum. in insidijs collocabo. reliquum exercitum: ad hanc partem. que castris opposita est: ad incenia admo-uebo. hi scilicet pugnabunt acriter: totumqz in se hostium impetum oculosqz conuertent. Interim fortasse dabitur occasio ista: qui in insidijs erunt: incenia defensoribz vacua capiendi: in vrbemqz irumpendi. **CARDI.** Profecto prudenter istud consilium tibi venit in mentem: idqz magnopere laudo: nam prospere gerende

rei facultatem omittere :  
extrema clementia est. RES  
Placet hoc tibi consilium:  
LAR. Quid ni: cum sit ple-  
num prudentie. RESYMA  
Michi quoq; ita videtur.  
Sed si pugnare statuis, ni  
vir. REX. Statuo quidem  
RESYMA. Obsecro ne  
ad inena propius accedas:  
vnde te baliste aut tormen-  
ta ipetere possint: nimis eni  
miserere ea timeo. REX. Ne  
timearis: deus. n. cuius cau-  
sam agimus. nos tuebitur:  
pugnabit q; nobiscu. Tu mo-  
do: vt solita es. ad ipsum: ac  
diuu Jacobu: quetam pie co-  
lis: preces fudo: pfudo eni  
pro ea religione ac pietate:  
que in te summa sunt: tuis  
precibus victoria nobis pos-  
se impetrari: (quoadmodum  
vt sacra narrat historia) po-  
pulus Israel elicitus Ahoi-  
se orante vincebat. RESY  
MA. Utinam quidem di-  
gna sum que audiar: nam  
pie preces non deerunt: sed  
spero potius deum: qui tuas  
sibi deditam mentem intue-  
tur. qua non ad tuam: sed ad  
eius laudem et gloriam om-

nes actiones. conatus: cogi-  
tationesq; tuas dirigis: vir-  
tutem tuam adiuturum.  
REX. Ita pro sua immen-  
sa bonitate: non pro nostris  
meritis: que perexigua sunt  
faxit. Deus tubicen admo-  
neto omnes duces: centuri-  
ones et milites nostros ad  
pugnam ineundam se pa-  
rent. vt cum tempus preli-  
andi michi visum fuerit: nul-  
la sit mora. quin eos instru-  
ctos in aciem educere vale-  
am. Eamus iam hinc in  
castra: vt ego quoq; arma  
induam. et lites adhorter.  
RESYMA. I pre: nos  
te sequemur.

**C**ametes explo-  
rator. Ahanis  
custos.



**D**Ego infelix homo sum: qui nichil vnquam nisi molesta ac tristia regi meo nuntiem. **ABAM.** Iussit me Rex hic in porta: que ad hostes spectat: dum sacris interesset ac cenaret: assidere. et qui intrarent: quique exirent. diligenter obseruare: ac siquid ex hostium castris noui afferretur: renuntiare. **BAAB.** Sed michi ad Regem properato opus est. **ABAM.** Quis est qui huc tam festinat: et secus nescio quid fabulatur? **BAAB.** Ut quamprimum Regem conueniam: et huius quicquid est: participem faciam. **ABAM.** Ibo obuiam homini: ut sciam quid afferat: nam nisi me oculi frustrantur. explorator est **Dametes.** **BAAB.** Nisi enim is statim: quoad potest rebus suis ac nostris consuluerit. aut potius deus quispiam nos respexit: Actum est illicet. perimus. **ABAM.** **D**amete. **BAAB.** Quis me vult? **ABAM.** **A**hansir amicus tuus. **BAAB.** Quid

est quod me velis? **ABAM.** Quid apportes scire velim **BAAB.** Regi iussim explorator non tuus. **ABAM.** Terum: sed tamen licet ne michi hoc saltem scire: leta ne an tristia apportes? **BAAB.** Istuc vultus et color mentis: me tacente. indicare possunt. **ABAM.** Tristia ergo sunt: nam et ora pallor occupat: et tristis ac perterritus videris. **BAAB.** Bene ariolaris.

**D**ametes Rex.  
Dametes explorator.



**D**ametes quid rerum geratur: an nostri in officio sint: et item an hostes non quicquam ut assolent: moliantur. **BAAB.** Regem opportune video. adibo propere. **BAUDE.** **D**amete. **BAAB.** Salue Rex. **BAU.** Quid afferis?

**HAAS.** Deu memiser. nō  
leta. **BAU.** Mem. Istuc  
haud miram est: quippe qui  
per hosce an nos aliquot nū  
quam nisi talia nuntiaueris  
nuchi. **HAAS.** Et res sūt  
ita nuntium esse oportet.

**BAUDELIS** Eloquere  
vno verbo quid id fiet: **HAAS**  
quandoq; magis cruciat. ex-  
pectata mala quam presen-  
tia. **HAAS.** Regem **Hispa-**  
nie extransugis comperi: de  
creuisse exercitum omnem:  
cunctasque belli machinas  
mencub<sup>o</sup> admouere: et sortu-  
nam: que hactenus ei semp  
errist: experiri suam. **BAU**  
**DELIS.** Ut misero michi  
Houne hoc monstri simile  
est: me non potuisse vel diez  
vnum integrum letum age-  
re: Paulum gausus eram  
aduentu Legati Imperato-  
ris Turcarum. en statim hic  
nuntius perturbauit omnia.  
Terum illud profecto ver-  
bum est: quod a sapientib<sup>o</sup>  
dici audio: Risus dolore  
miscetur: et extrema gaudij  
luctus occupat. Sed quem  
hostium festiuantem video:  
Audalla cursor noster est.

Aliquid credo apportabit  
eiusmodi. Prestolabor eum  
hic paulisper: nam iam hic  
aderit. ita in cursu velox est.  
Interim cogitabo que mihi  
facto opus sunt: vt hostium  
impetus. si urbem oppugna-  
tum uenerint: propulsem.

Itam quando tanta nobis  
subsidia promittuntur. non  
deceat me fracto et conster-  
nato animo esse: et commit-  
tere vt prius per ignauiam  
aut metum hosti succumba-  
mus: quam a Turcarum Im-  
peratore succurrantur.

**Audalla cursor.**  
**Baudelis Rex.**



Si ego nunc  
regem quera-  
qua potissimū  
inistam via?  
**BAUDEL.**  
Quam cito Audalla curri-  
culum euasit: num me hominis  
celeritas fecellit? **BAUDELIS**  
**BAR.** Regem opportune



video. Rex eternum viue.  
 BAU. Quid est: AU. Re-  
 cte. BAU. Quid recte: AU  
 Audies: Offendi modo Ta-  
 bellarium. humidie regis: q  
 deceptis hostiū excubīs ma-  
 gno cum periculo se euasit  
 narrabat: aiebatqz cuz regis  
 sui litteris ac mandatis quā  
 letissimis ad te pperare. quo  
 audito ego pcurcurri: vt te  
 quāprimuz hoc afficerē gau-  
 dio. BAU. Utinam tibi vera  
 narrarit: Sepe. n. Tabellarij  
 ( vt vulgo dici solet ) in ore  
 mendacum: vt tabellis veri-  
 tatem ferunt. Sed quicquid  
 sit: eum ad me intro deduci  
 curato: Nam militibus edi-  
 cere volo: vt arma capiant:  
 paratiqz sint: vt si hostis ad  
 incenia propius accesserit: z  
 impetere z ppullare possint.

Abdalla cursor. Ta-  
 bellarius humidie Re-  
 gis Puer.



ospes qz cito  
 me cōsecutus  
 es: nō videris  
 sane lassus de  
 via. TAB. Af-  
 fuerus sū huic

labori. Nam a pūero Africā  
 Europāqz perferēdis huc  
 et illuc tabellis peragraui.  
 AU. Vere dicitur est: Aba-  
 gni referre hoc vel illo modo  
 ab ipsa adolescentia instatu-  
 rum esse: Sed Rex iam te  
 expectat: ei enim aduentum  
 tuum nuntiaui. TAB. Ubi  
 is est: AU. Intus. TAB.  
 Fac me ergo ad eum deduci  
 AU. Ea imprimis gracia  
 hic restit: I puer z recta hūc  
 in Regiam ducito. Ibi Rex  
 est: nam ego hic amicuz pan-  
 lispervolo oppiri meū: mor  
 ego quoqz istuc concessero.  
 P. P. Presto sur. tu me  
 sequere. TAB. Propera. se-  
 quor. AU. Quaz gaudeo  
 me primum Regi aduentuz  
 huius Tabellary nunciaste:  
 nam si vera michi narrauit  
 aliquam apud Regem inibo  
 gratiam: qz primus ei id gau-  
 dium obicerem: z simul ali-  
 quo forsitan munere: vt in ta-  
 libus solet esse liberalis: me  
 afficiet. Sed hic mens ami-  
 cus cessat diu: si ad constitu-  
 tum venire volebat: iam du-  
 dum eam hic adesse oportue-  
 rat: Nam que est hec hoim

impudentia? Non satis ha-  
bent amicum uti opera: ni-  
si etiam eos longe expectatio  
nis mora defatigent. Sed  
Rex foras exit: letus est: qu-  
tum video: verus sui nunti-  
us. Ego vero ad meum munus  
ab eo. ne Rex me hic videar  
ociosam. nam compellandi  
etiam non satis idoneum tem-  
pus videtur.

### ¶ Baudelis Rex.



Quoniam tibi a  
go summe Ju-  
piter: qui me  
ex alto misera-  
tus tandem tot  
miseris erumnisq; nostris di-  
uinam aliquam opem presti-  
turum te significasti. Tu enim  
Tu inquam paulo ante Tur-  
carum Imperatori eam me-  
tem indidisti: ut insulas ho-  
stis nostri ditioni subiectas  
proponeret innadere. Tu  
idem nunc Numidie regis  
oculos hactenus calligates  
aperuisti: ut aliquando intel-  
ligeret: non posse hoc Regnum  
cadere: quin secum magnam  
Africa partem trahat: pariq;

ruina luoluat. Tu itaq; hoc  
ei in animum induxisti: ut qu-  
plitteras suas: quas modo  
hic Tabellarius reddidit. mi-  
chi ostendit. in auxilium no-  
strum cum omnibus regni sui  
viribus terra mariq; descen-  
dere proxiis. Vere decreueris  
Quare pater omnipotens ne  
tanto tuo favori deesseim:  
Almanforcem Prefectum cum  
omni equitatu. et meliore co-  
piarum parte ussi posteriore  
urbis porta exire. exercitum  
q; hostium nichil minus opi-  
nantem a tergo innadere.  
Spero. n. te duce illum facile  
casum victoriae inuenturum  
aut saltem eatenus profectu-  
rum. ut hostis sibi quoq; ca-  
uendum esse cognoscat. libe-  
tiusq; nos quiescere patiat.  
Interim promissa subsidia  
hic aderunt. et non solum pro-  
pulsare bellum. sed etiam in-  
ferre poterimus. Nunc huc  
prody. ut presto essem. si illis  
auxilio opus foret. nam reli-  
qua omnis copiarum pars  
in armis est signum a nobis  
expectans. aut si hostis exer-  
citus ad muros adiuoeret  
ut ad resistendum pati essem.

Sed quid est hoc q Regina  
ita examinata ad nos egre-  
ditur? Non temere est. Pro-  
dibo illi obuiam, vt quãpri-  
mum quicquid id est: sciam.

**R**egina Granate.  
Baudelis Rex. Anty-  
pho somniorum conie-  
ctor.



Qseram me.  
quam timeo  
quorsuz eua  
dât hec visa  
somniaorum?

Sed eccum regem video.  
Salue vir. Salue nra spes.  
BACD. Et tu quoq salua  
sis mea vroz, vnde tibi ista  
trepidatio? RES. Non ab  
re est. quia videlicet sum de  
tua exercitusqz salute solici-  
ta. BAC. Istuc pudice z vi-  
rum suum amantis matrone  
est. Sed quid noui est. q nûc  
magis solito sis de nobis an-  
xia? RES. Dicam tibi. Hâ-  
bucea gratia ad te prodij.  
BAC. Dic queso quid est?  
RES. Accepi te mandasse

Almansori copiarum tuaruz  
Prefecto vt hostes adquire-  
tur. id nollein factum. BAC.  
Cur uolles? RES. Quia  
preter id quod dispicet. te tu-  
am populiqz salutem in tam  
manifestum discrimen conie-  
cisse. somniuz. quod proxima  
nocte vidi. maiorem in mo-  
dum me terret. BAC. An  
tu somnijs credendû esse exi-  
stimas? RES. Quid ni: cuz  
et ipsa in vtrâqz partem mul-  
ta somnia vera experta sim.  
et a sapientibus viris acce-  
perim. solere deos per somni-  
um futura nonnunqz morta-  
libus significare. an non in-  
tuorum sapientum numero  
et somniorum cõiectores ha-  
bes? BAUDELYS. ha-  
beo quidem. sed raro eorum  
opera vroz. quanquam ipsi  
sepe michi persuadere conâ-  
tur. ne somniorum monitus  
negligam. enumerantes. A-  
nnilcaris. hannibalis. matris  
Phalaridis. Sophoclis. So-  
cratis. et aliorum plurimoz  
tam philosophorum quam  
ducum somnia. que non ma-  
gis sônia qz oraclâ certissima  
fuisse contendût RES. Lû

igitur somnio: si veritates  
tet exemplis confirmet: et  
pluribus rationibus asserere  
vt credo: possint: cur fidē illis  
abnegas? **BAC.** Non abne-  
go omnino: sed non facile ad-  
ducor: vt illis credaz. Sed ce-  
do istuc tuū somniū. **RES.**  
Visa eram secundum quie-  
tem videre ingenti subor-  
ta tempestate fulmē e celo ma-  
gno cum fragore lapsum: tē-  
plum: quod **Aheschit** dicim<sup>9</sup>  
magno motu percutere: **A**hag  
medis et aliorum prophetaz  
nostrozū monumenta ad ter-  
ram dare. Inde qz statim in  
**Africa** transgressum: magnā  
eius prouincie partem depo-  
pularier. Quo somnio exter-  
rita e sopore confestim cor-  
pus proripui: fuitqz in animo  
id tibi exemplo nunciare: ob-  
testariqz: ne quid magne rei  
hodie aggredereris: **N**escio  
quid enim animus michi pre-  
lagibat mali: ni veritas essem:  
ne me nimia: vt ais: fidē som-  
nijs adhibentē tuo more de-  
rideres. **N**unc cū accepisses  
te mississe **Prefectum** cū exer-  
citu: qui cum hoste conflige-  
ret: diuino michi reticendū:

non putavi. **BAC.** **P**rudē-  
ter fecisti: nam et si ego non so-  
leo magnopere huiusmodi  
rebus moueri: tamen nichil  
omittere: quod vsui aliquan-  
do eēt: et ad capiendū consiliū  
pertinere possit: prudētis eēt  
existimo: presertim cum som-  
nium istud tauz tale sit: vt vi-  
deat negligi non debere. **A**d  
uocemus igitur **Antyphonē**  
qui nobis hoc somnium con-  
iectet: **N**am is preter cete-  
ros in hoc genere pollere exi-  
stimatur. **AAZ.** **E**cce me.  
quid **Rex** iubes? **BAU.** **T**u  
hic eras? **AAZ.** **E**ram qui-  
dem. **BAC.** **Q**uid igitur ha-  
ctenus reticisti? **AAZ.** **Q**uod  
non decet seruum: domini se-  
colloquio impudenter inge-  
rere: et simul quia **Regine** som-  
niam me magnopere pertur-  
bauit. **BAC.** **A**n tu id audi-  
sti? **AAZ.** **Q**uid nū: qui iter  
hos comites tuos vna sem-  
per affuerim. **BAC.** **Q**uid  
sentis: aut que te res adeo:  
vt ais: perturbauit? **AAZ.**  
**N**on vna sed plurime. **L**ete-  
ram velim **Rex** vt alios quo-  
qz **diectores**: **ariolos**: ac **A**th-  
ematicos tuos conuoces:

qui mecum vna hoc somnium interpretentur. Nam plurimorum iudicium certius est: et dicitur solet. Illuc esse salutem: ubi fuerint multa consilia.

**BAC.** Nichil opus est alijs. Nam plus vni tibi in hac arte tribuo: quod reliquis omnibus. Edisere igitur michi vno verbo: si potes. quid sibi velit hoc somnium.

**AAT.** Dicam licet inuitus.

**BAC.** Eloquere subito. Nam me iste tua plura torquet mora.

**AAT.** Finem Regni tuam affore hoc somnio significatur.

**BAC.** Item. Unde coniecturam facio.

**AAT.** Dicam. Tempestas: quam se vidisse iu somnis Regina commemorat bellum est: quo Regnum tuum tanquam agri tempestate: vastatum est. Fulmen: Hispanie Rex est. qui nimis a celo missus dici potest. Nam: ut vides: illi celum et sidera omnia lauet Concussione repli et motum torum in terram casu. portendi autumo. hanc urbem breui in hostium potestatem venturam: et in ea non amplius ab agmedis legem: sed Christi seruam iri. Postremo transgressio: eiusdem fulminis in

Africa. et illa depopulatio manifesta significant. hac urbe capta. bellum in Africam traieciturum. Hispanieque Regem ea prouincia impetu belli percussam atque prostratam: maiore ex parte periturum.

**BAC.** Deum me miserum. quod metuo: ne euentus ista quam vaticinaris. Ita enim apte somnium illud interpretatus es: ut non somnium. sed oraculum aut historiam michi viderer audire. Quid igitur faciam Antypus? **AAT.** Quid facias: nisi ut iram dei: qui tibi nunc intentus est. si possis: placare studeas. ac tibi Regnoque tuo: dum licet: consulas.

**BAC.** Recte mones. Sed placidorum deorum munus ad te potissimum pertinet mea vxor: que cum religione ac pietate preestes: facilius nobis numina irata reconciliare poteris.

**RES.** Nichil faciam libentius. non quod pietate superiorum me existis sed ut quemadmodum meo somnio malafata tibi cognita sunt ita meis precibus: si fieri possit. eadem auertant.

**BAC.** Ita deus facit. ubi supplicatum.

**RES.** Ab eo: vos me sequimini



**Abelli curfor.**

Interim volo ex  
curforem certi  
us cognoscere.

i

Dic michi Abelli  
sic exercitus noster funditus  
deletus est: quonā modo tui  
columnis euasisti? **Abes.** Di  
cam tibi: p̄reliū in conualle  
istac sinistrosum cōmissus ē:  
me p̄fectus in edito ac tu  
to monte: vnde spectari pos  
sent omnia. locarat: quo tibi  
victorie aut fuge nunti<sup>o</sup> esse.  
cuncta itaq; vidi: & ad te pro  
pere currui. **BAC.** Ledo.  
Ipe p̄fectus: quid? **Abes**  
Occidit vna cū ceteris. Stre  
nuissimus enim quisq; in pu  
gna cecidit: pauci admodum  
vivi: licet grauit̄ sauci. i po  
testatē hostiū redacti. **BAn.**  
Quid: Rex ip̄e p̄elio inter  
fuit? **Abes.** Non interfuit  
solum: sed p̄fuit: vidi ego il  
lum nostrorum sanguine ma  
dentem per totum agnē ma  
nibus: oculis. clamore volita  
re: et strenui militis & optimi  
sinul Imperatoris officia cre  
qui. **BAC.** Abale est michi

revertere ad istam speculā:  
vt obserues: quid hostes par  
ta victoria moliantur. **Abes.**  
Fiat.

**Baudelis Rex.**

o **Fortuna:** que soles  
esse tam inconstās  
et varia: vt in meā

meorumq; cladem ac perni  
tiam constans et certa es:  
Decimus agitur annus: ex  
quo nullum fere diem letum  
cregi. Omnia semper aduer  
sa fiere. Raro quicquam iust  
turbulentum: triste: ac mole  
stum aut audiri: aut vidi.  
Res dura: spes multo fuit a  
spetior. hodie paulum gaudi  
sus eram aduentu legatorū.  
he misero michi: quam cito  
ad luctum et lachrymas ea  
gaudia reciderunt. Sed ec  
cum Anthiphonem cū Ser  
raia et reliquis seniorib<sup>o</sup> ad  
esse video.

**Antypho:** Serraia.  
Baudelis Rex. **Bali.**

Consultor.

Et ne censetis?

SEK. Proxus  
ita. Nam nulla  
alia salutis via o-  
stēditur. BAC.

Mens Antypbo. Diligēs fui  
sti in mandatis nr̄is obeun-  
dis. AAT. A deo functus sū  
officio. Sed nō fuit opus me  
in his cōuocandis magnopere  
laborare. Nam audita clade  
exercituo: quā incertis rumo-  
ribus nescio quomodo acce-  
perant. sponte conuenerant  
oēs. Itaq; huc ad te ibāt: te  
vt orarent tandē aliquando  
tue cōiūq; omnium saluti pro-  
spiceres. BAC. Audierunt  
ne que gesta sūt oia? AAT.  
Plura q̄z vellēt. BAC. U-  
distis ne vnq; hoiem infelici-  
orez: q̄z ego sū? SEK. A de-  
o atq; a deo hos oēo collegas  
meos. q̄ppe q̄ tuā ac nostrāz  
vicē doceam. BAC. Mon-  
ita ē. Nā quo meo status ē  
sublimior: eo casus ē altior. z  
ruina grauior. SEK. Uerū  
ē. sed tu stare potes nobis ca-  
dentib;: uos te cadēte. salui  
eē nō possum. BAC. Abis-

sa hec faciam? qd tandem in  
tanta aduersitate fortune mi-  
chi psultis? SEK. Dicāt ip̄i  
quib; cū vt iussisti: cōmunica-  
uioia. Nā quid ego sentierē  
in initio cū nondū eēt suble-  
cuta clades exercitus: tibi ex-  
plicui. BAC. Dic hanc quid  
tibi videtur? HA. A deo ne-  
BAC. Ergo: quē vt eta-  
te. ita prudentia ceteros ante  
ire par est. HAL. De pru-  
dentia alij iudicēt: studij cer-  
te z fidē erga te meā. summā  
qz in cōsulēdo libertatē tute  
nosti. BAC. Nichil deest ti-  
bi: quod ad fidem amicū. z  
summū viz pertineat. Sed  
dic qd cōsiliū michi capiendū  
sit. HAL. Quando ita iubel-  
dicā id qd in eū vna omēs isti  
sentiūt. Nā iam dudum inter  
nos hanc rem tractam. z sup-  
ea disceptam. BAC. pem-  
istuc volo: z si potes. vnover-  
bo expedi. HAL. Paz. Om-  
nes qz primus de ditionē tibi  
faciendam esse cum id nō mo-  
do necessarium. verum sit.  
BAC. Quo modo? HAL. J.  
Primum vides amisso exer-  
citu z omni flore inuenturis  
nullam tibi amplius i annis



spem fore: metuendūq; eē  
 ne hostis tanta victoria cla-  
 tus: menta inuadat. Quod  
 si fit, perimus oīis illicet. U-  
 enim vrbe expugnata: quod  
 tante potentie ac virtutis vi-  
 ro erit per facile: aut mortem  
 crudeliter oppetemus aut in-  
 predam miserandamq; ser-  
 uitutem via cum coniugib⁹  
 e liberis trahemur. Deinde:  
 vt hostis quiescat. quod (mi-  
 chi crede) haud faciet. nō in-  
 telligis hunc populum tan-  
 ta senum. puerorum. ac muli-  
 erem turba superstitē: cui iā  
 omnium nos alimentorū ge-  
 nera defecerint. famen diuti⁹  
 tolerare non posse: Nam in  
 externis auxilijs spem poue-  
 re: ea vero summa foret cle-  
 mentia. Ut enim omittam.  
 q̄ ea iam pridem frustra expe-  
 cramus: illud dico: si vniuer-  
 sa Asia ⁊ Africa in auxiliū  
 nostrum consurgeret: vix sic  
 ri posse. vt hanc vrbez et fau-  
 cibus imminentis hostis: iaz  
 iamq; absorbentis eriperet.  
**BAC.** Que nos vis belli  
 vrgeat: ⁊ famis necessitas sat  
 scio. Sed ego mortem serui-  
 tuti anteponendam puto.

Nam quid est aliud se dede-  
 re: q̄ in seruitutē se hosti ad-  
 dicere. **MDLIII.** Non ita  
 est Rex. Magni enim refer-  
 re arbitror cui te dedas. Pri-  
 mum Fernando ⁊ Delilabe  
 Hispaniarum principib⁹ sub-  
 esse: nō seruitus sed libertas  
 appellanda est. Sunt enī vt  
 nostri quoq; fatentur: ⁊ con-  
 stans fama predicat. tate hu-  
 manitatis: māfuetudinis. at-  
 q; clementie: tantum in sum-  
 ma potestate rerum omnium  
 modum tenent: adeo deniq;  
 sunt omnibus animi ⁊ corpo-  
 ris dotibus ornati: vt beati⁹  
 pene videantur illis seruire.  
 q̄ alijs imperare. Deinde si  
 te sponte dedideris: non vt  
 seruum. sed vt clientem: ⁊ a-  
 micum in suaz fidē: qua sunt  
 benignitate. (michi crede)  
 recipient. Rōdenses: Losca-  
 ni: ⁊ pleriq; alij. qui se sponte  
 dedidere: quibus nihil pe-  
 te ademptum est preter miurie  
 licentiā. quiq; pari quondā-  
 modo iure cū hispanis vniū  
 Regie hīanitatē ⁊ clemen-  
 tie locupletissimi testes sunt  
 At. Malaceseē (vt alios hīe  
 am. q̄ obstat animis belli

impetum experiri voluerūt:  
patria capta ⁊ direpta in ca-  
tenuis per omnē Europā tra-  
cti suo ludibrio omnes gen-  
tes impleuerunt. Postremo  
si tibi soli consiliū caperes:  
forſan tuam iſtam animi ma-  
gnitudinem non improbarē  
qua dicere ſoles: preſtare. vi-  
rorum more pugnantēs oc-  
cūbere: q̄z vlli hominū ſub-  
eſſe. Nunc cum ſimul etiam  
deliberandū tibi ſit de coniu-  
gibus ⁊ liberis: atque omni  
populo ditioni tue ſubdito:  
ſi tibi min⁹ parcio. at illis par-  
cas: et tua pertinacia non cō-  
mittas. vt ea illis eueniant:  
q̄ vrbē capta victis accidere  
ſolēt q̄ q̄dez talia ſunt: vt ea  
fugiat ac reformidet oratio.  
Quare cū neceſſitas te: vt ſa-  
terio. vigeat: vtile ſit. ⁊ nō in-  
decorum tam modeſtio. tam  
miribus: tam omni virtutum  
genere preſtantibus. Princi-  
pib⁹ colla ſubmittere: nichil  
cunctandū. quin ſtatim dedi-  
tionē facias: cenſeo. **BAL.**  
Ita vobis videtur: **BAL.**  
Non ſolū videtur: ſed id vt  
facias. etiā atqz etiam obſe-  
gramus. **BAL.** Fiat. **Itaz**

malo vobiſcū errare: q̄z mea  
pudentia ſtetus: recte ſenti-  
re. Eamus igit̄ intro: vt Ora-  
tores eligā: ⁊ ea. que ad dedi-  
tionē faciēdas pertinēt: parē.

**C**utterius Preceptor  
maior eq̄tū Iacobeuſū. **Ger-**  
**nād⁹** rex. **Petr⁹** Cardinalis.



**S**t vt dixi rex  
Non enim ſa-  
tio ē bono Im-  
peratori vice-  
reniſi etiā vi-  
ctoria vt ſciat. **REX.** Et  
propterea quando hec victo-  
ria nobis celitus data eſt: de-  
creui. vt ſoleo: ſucceſſus me-  
os vrgere: naminūqz ſauori ſi-  
ſtare. Atz ea gratia huc pro-  
dij. vt hinc procul confidera-  
rem: in quā poſſimū muro-  
rum partē machinas dirigaz  
qua vinec agende. vbi ſcale  
admonēde ſint: vbi eq̄tatis.  
vbi peditat⁹ diſponēde: vbi i-  
ſtoie collocāde. **SEN.** Sz  
quis vnqz putaret **A**uros  
iſtos auſuros eē exercitū tu-  
um vltro laceſſere: cū plures  
iā meſes pre timore portas  
vrbis egredi ſomidarint?  
**REX.** At ſue ſtultitie ac te-  
meritatis debitas penas de

derunt. Verū hoc michi est. Cras faxo vt nostrā ac militum in vīn melius sentiāt. Certū ē enī vrbe cras primo mane oibus virib⁹ totaqz belli mole adoziri: indeqz non nisi ea expugnata ⁊ solo equata discedere. **SEN.** Facile id fuerit: si tua virtute ac militū roboze vti volueris. **REX.** Ita spero. Sed ego hacten⁹ hanc expugnationē distuli: q̄ ostendebant hostes. quoti die fere deditiōne sese facturos. Ego autē milituz salutē: quos filioꝝ loco diligo. p̄spiciens. libentius longe obsidionis tedia sufferebā: q̄z eos i discrimen adducerē. **LAR.** Rex viden tu illos vrbe exētes? **REX.** Video nunc. postqz oculos in eos conieci. Sed quos nā eos fore putemus. aut quid ferre denique? **LAR.** Nescio. nisi q̄ iermes horū veniūt: ⁊ si satis cerno oliueramū pacifere. manub⁹ gestāt. **REX.** Demiroz hoc qd sit. nisi forte sint Oratores q̄ veniant: vt se dedant. veni am pacēqz postulet. **LAR.** Bene sibi: si id fecerint consulent. **REX.** Nescio qd iter

se colloquunt. aucupemur: eoz sermonē: ⁊ eo pacto: qd veniant. sciamus. **LAR.** Istuc optimum est.

**Orator Baudelis Regis. Cardinalis. Fernandus Rex. Sutterius.**



Roscto quāto magis magisqz cogito: tāto magis hāc deditiōne laudo. **LAR.** Au-

din tu illū: Nescio qd deditiōne loquit. **REX.** Audio. **ORA.** Nā hac potissimuz via salutē nobis: coiungib⁹. libentiqz usis pabim⁹. ⁊ vrbez direptiōe excidiōqz qd iminebat: liberabim⁹. **LAR.** Non dubiū ē: quātū audio qn̄ isti deditiōne facturi veniant. **REX.** Ip̄i viderit. Nam ego vtrū mali: nescio. si enī se spōte dediderint: milituz salutē. quos in discrimen adducere nō erit necesse: p̄spexero. Si obstiato aio obsidiū tolerare voluerit. Ntuz exerceōe ⁊ adipsē de glorie latiorē capū p̄buerit. si qdē in magis d̄r⁹ cui tescet. ⁊ cumulator erit usqz gloria: vi ⁊ armis expugnata

**G**ranata: quod breui conse-  
quimur: q̄z spontanea hosti-  
um deditioe recepta. **R**  
Opportune Rex adest: z nō  
preiuderam. Procidam⁹ ei  
ad pedes. Salue Rex inui-  
ctissime. z omnium: quos ter-  
ra sustinet: gloria z honore  
dignissime. Lum te non late-  
at q̄z graue durumqz vide-  
ri debeat homini cum Regia  
dignitate nato: z ab ipsis pe-  
ne incunabulis pluribus po-  
pulis gentibusqz iperare as-  
suetō. aliene se ditioni spōte  
subijcere: existiare merito po-  
tes non sine summa vrgenti-  
qz ratione Baudelim Regē  
hactenus nostrum deditiois  
faciende: cuius gratia nunc  
ad te Magnanime Rex ve-  
nimus: consiliū cepisse. Li-  
cet enim fames ferrum ac po-  
stre mo rerum omnium diffi-  
cultas ad hoc illum impelle-  
re videantur: tamen ( michi  
crede) plus apud eum nosqz  
omnes opinio: quodāmodo  
certa spes tue bonitatis: fidei  
atqz clementie valuit. Nisi  
enim ipse omnisqz populus  
eius ditioni subiectus te his  
quas modo noiaui: reliq̄sqz

tuis singularibus virtutibus  
erga se vrum cōsideret: qd  
uis potius perpeti: q̄z tibi se  
tradere cogitasset. Non de-  
erat profecto uobis animus:  
si vis ferri vrgeret. mortem  
fortiter pugnando oppetere  
aut fame ingrauescente: eaz  
quoquomodo tolerare pati-  
enter: donec aut amici pmil-  
sa subsidia mitterent. aut de⁹  
fortasse quispiam nos respice-  
ret. Verum hec (quam dixi)  
opinio: z spes de tua summa  
bonitate persuasi: vt viuere  
etiam nūc Baudeli ac nobis  
omnibus libeat. neqz pude-  
at tibi tam indyto Regi: taz  
benigno misericordiqz victo-  
ri ceruices summittere. Ita  
q̄z Baudelis nomine. ipsum:  
omne populū. vrbez: agros.  
diuina hūanaqz omnia in di-  
tionem arbitratumqz tuum  
tradimus. Nunc tuū fuerit.  
ne illū nosqz simul hec spes  
frustetur: prouidere. Quod  
vt facias etiam atqz etiā sup-  
pliciter oramus z obsecram⁹  
**R**EX. Pudenter factū est  
ab Rege vestro ac vobis: qd  
nostrā benignitatē q̄z vim et  
arma expiri maluistis: qdqz

nullum vobis eēt ad salutem  
 tutiorem portū intellexistis.  
 q̄z ad n̄sam fidem clementiā  
 q̄z confingere. Quod ne fru-  
 stra feceritis: sed n̄lo a nobis  
 (bono animo estote) curabit̄.  
**O. RAL.** Ita speram⁹ opti-  
 me Rex **REX.** Leternz quo-  
 certior sim huic deditioi nul-  
 lum subesse doluz. iubeat sta-  
 tim Rex nobilium liberos ob-  
 sides dari michi: arma omnia  
 huc trāfferri. captiuos ex chri-  
 stianis: quotquot in vrbē sūt  
 quorum salus ac libertas mi-  
 chi precipue cordi sūt: ad me  
 deduci. **O. RAL.** Et hec et  
 alia quecunq; iusseris: faciet  
 ac iubens Baudelis seruus  
 tuus: ne dubitaueris. **REX**  
 Ite ergoz hec curate. **O. RA**  
 Factū puta. **REX.** Tu Sut-  
 teri cū lecta peditum manu  
 paratus sis: vt cum obsides  
 dederint. z huc arma detule-  
 rint: vrbem recipias. portas.  
 arcem: inuitaq; omnia vr-  
 bis loca validissimo presidio  
 firnes. Id vbi feceris: ex sum-  
 ma arcis turre solita nostra si-  
 gna extollito. Tibi enim tan-  
 quam preceptorū maiori eq̄-  
 tum Jacobensium merito de-

bes hic honorz labor. **S. Ut.**  
 Nichil vnquam in omni vi-  
 ta feci libentius: q̄z hoc factu-  
 rus sum: etiam si vite pericu-  
 lum. quod nullum imminet:  
 michi esset iadendum. **Rax**  
 qd̄ michi potest euenire glo-  
 riosius: q̄z me primū post tot  
 secula. i arce Granate dei no-  
 stri z tuavictoria signa collo-  
 casse: Vos cōmilitones mei.  
 etia arma sumite: z meū ad  
 vrbis portas propius accedi-  
 te. nolo enim vt vlla sit mo-  
 ra: quin statim. cum tempus  
 fuerit: vrbē potiamur. **LAr.**  
 Quante tibi Rex laudi: z q̄z  
 immortalī glorie hoc fore pu-  
 tandum est. cuius cōsilio: du-  
 ctu. ac virtute singulari. hoc  
 tam diuturnum: tam crudele  
 tam intestinum. ac viscerib⁹  
 ipsis Christi fidelū inherēs.  
 occipit: administratum. z  
 confectum est bellum: Lum-  
 tantum Sutterius noster (z  
 merito quidem iam nūc glo-  
 rietur. se primum Granate  
 portas et arcem tuo nomine  
 victorem intractuz. **REX.**  
 Qui poti⁹ deo nostro: a quo  
 emanāt bona cōcta. gratias  
 agam⁹. **LAr.** Ut pium z

catholicū p̄ncipem decet: lo-  
queris. ⁊ vere. Deus eui tibi  
eā mentē indidit: vt solus eā  
maculā dclere velles. que iā  
insederat ac per tot secula in  
ueterauerat in populi Chri-  
stiani noie: q̄ Abagmedis se-  
ctatores. qui Asiā iā dudū no-  
bis Africamq; eripuerāt. nō  
modo suis latissis t̄mis cōtēri  
nō eēt sed i Europa pecula-  
ri nostra debaccharētur. Idē  
in suscepto: contra perfidos  
istos Maur̄os: bello istam cō-  
stantiam ⁊ patientiam conti-  
lit. vt nullo labore: nulla in-  
edia. nullis vigilijs. nullis de-  
nique incōmodis inolestijsq;  
frangereris. Idē in tot mari-  
ac terre periculis incolumen-  
te custodiuit: ⁊ postremo ad  
hunc seruaui diem. vt quod  
maiores nostris emp optarūt  
sperauerunt nunq; . Brana-  
tam cum vniuerso eius Re-  
gno videas tuis armis: tuo cō-  
silio. ac singulari virtute sub-  
actam. domitam. ac pacatā ⁊  
in tuam ac Christianorū po-  
restatem deuenisse. REx.  
Est ita vt dicis. Ego hec et  
si qua alia sunt in me. que di-  
gna sint laude. vni deo acce-

pta refero. Sed eccūm arma  
exportant: obsidesq; ad nos  
adducunt. dubitari non pōt.  
quin sint ingenui ⁊ nobilium  
liberi. ita sunt facie liberali.  
Deus comites mei illos su-  
scipite: ⁊ curate vt per v̄sa di-  
stributi tentoria diligēter cu-  
stodiantur. ⁊ simul arma in tē-  
plum referantur. Deū. opti-  
me est. Sutterius noster pre-  
benignem urbem recipitur.  
LAr. At ego istuc uon ad-  
uerteram. Q̄ factum bene ve-  
rum aliud sperandū non fuit  
REx. Sed optimū factū ē  
me huc euocare exercitū ad  
me. ⁊ tubicē: ⁊ p̄fectos.  
Tribunos. Centuriones: re-  
liquosq; ductores exercitus  
meis verbis moueto. vt cum  
omnibus copijs: tanq; si cum  
hoste dimicandū esset. instru-  
ctis quāprimū huc adsint.  
LAr. Prudentissimi. vt so-  
les. Imperatoris officio fun-  
geris. dum ita te comparas.  
ita ad omnes casus. tam pro-  
speros. quam aduersos instru-  
ctus. ⁊ multo ante paratus  
es. vt nichil quicquā accide-  
re possit. quo dicendum tibi  
sit. non putaram. Nam si ho-

stes in fide manserint: tuto & honorifice cum omni equitate & peditatu urbem ingredieris. Si uero quis dolus aut fraudis subit: quod uix credibile est in tanta ipsorum clade ac rerum omnium desperatione: parat<sup>9</sup> eris. qui eorum perfidiam uiscario. **REx.** Dicis id quod res habet. Sed uideo ego an non Crucis signum in summa arce eleuatum: & sane nisi me oculi fallunt: ipsum est. **CAr.** Recte uides: illud ipsum est. Jam igitur Arx cum urbe tota libere in manu est tua. **REx.** Adorem uo eam. **CAr.** Iustum est. **REx.** Et pro tantis erga nos meritis deo gratias agam uo. **CAr.** Requiescunt. Sed cum in tantis rebus nulle voces sufficiant. efficitur cordis: cuius scriptator: est deus: satisfieri poterit. **REx.** Ita est. **CAr.** Ecce autem post Crucem: diu Jacobi uexillum: ac deinde tantum elatum est. **REx.** Bene istud. Nam Diuus Jacobus Dux & aduocatus noster est: & illi cum beata uirgine post deum uictoriam hanc referre debemus acceptam. **CAr.** Sed

Preconem e summa arce silentium sibi tube cantu poscentem uisus sum audire. **REx.** Et quidem ego. **CAr.** Attendam uo queso quid nam dicturus sit. **REx.** Placet. **CAr.** Preco.



**V**iuant uiuant eterna laude atque gloria Ferdinandus & Isabelabe Rex et Regina hispaniarum Illustris: quorum opera. ductu: felicibusque auspicijs. summo labore: in credibili uirtute. diuino consilio potētissima hec urbs Granata cum omnium prouincijs: ciuitatibus. castellis & oppidis eius Imperio subiectis: Deo duce: Regina celi Maria diuoque Jacobo hispanie patrono: suffragantibus: Beatissimopatre nostro Innocentio. octauo. Pont. Max liberalissime opitulante. Ad hoc presulibus. Principibus: Ciuitatibusque Castellis: pro se quibusque sedulo elaborantibus. ex impia & tenebrosa Mahamedana seruitute eruta. in veri Dei lumen translata est & Regnum.

**C**ardinalis . Fernad<sup>o</sup> rex.



**D**ne premio di-  
gnus est preco  
cui tā egregie  
suo functus est  
munere : licet  
plurima que in tuā regineq;  
laudē & gloriā vere dici pote-  
rant . p̄termiserit . **REX.** Abi-  
chisat est recte fecisse . Nam  
gloria : etiam si id nō agam<sup>o</sup> :  
tanquā vmbra corpus . Be-  
nefacta consequitur .

**C**aptiui . Cardinalis .  
Fernandus rex .



**B**enedictus do-  
minus de<sup>o</sup> Isra-  
el : quia visita-  
uit . & fecit redē  
tōez plebis sue  
**AR.** Lanētes nescio quos  
audio . **REX.** Agmen ē eorū  
quos ex iis captos **Abauri**  
din in cōpedib<sup>o</sup> & vinculis te-  
nuerūt . Miserum me : vt sūt  
